



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Prophetia Apocalyptic S. Joannis Apostoli**

**Kircher, Heinrich**

**Coloniæ Agrippinæ, 1676**

§. I. De Capitibus Bestiæ super quam Civitas meretrix.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39100**

, in libro vite à constitutione mundi) videntes bestiam, quæ erat, & non  
 est. Et hic est sensus, qui habet sapientiam, septem capita, septem mon-  
 tes sunt, super quos mulier sedet, & Reges septem sunt. (v. 10.) Quin-  
 que ceciderunt, unus est, & alius nondum venit: & cum venerit, oportet  
 illum breve tempus manere. (v. 11.) Et bestia, quæ erat, & non est, &  
 ipsa octava est: & de septem est, & in interitum vadit. (v. 12.) Et decem  
 cornua, quæ vidisti, decem Reges sunt, qui Regnum nondum acceperunt,  
 sed potestatem tanquam Reges una hora accipient post bestiam. (v. 13.)  
 Hi unum consilium habent, & virtutem & potestatem suam bestiæ tra-  
 dent. (v. 14.) Hi cum agno pugnabunt, & agnus vincet illos: quo-  
 niam Dominus Dominorum est, & Rex Regum, & qui cum illo sunt,  
 vocati, electi, & fideles. (v. 15.) Et dixit mihi: Aquæ, quas vidisti ubi  
 meretrix sedet, populisunt, & gentes, & lingue. (v. 16.) Et decem  
 cornua, quæ vidisti in bestia: hi odient fornicariam, & desolatam fa-  
 cient illam & nudam, & carnes ejus manducabunt, & ipsam igni con-  
 tremebunt. (v. 17.) Deus enim dedit in corda eorum, ut faciant quod  
 placitum est illi: ut dent Regnum suum bestiæ donec consummentur  
 verba Dei. (v. 18.) Et mulier, quam vidisti est Civitas magna, quæ ha-  
 bet regnum super Reges terræ.

## §. I.

## De Capitibus Bestiæ super quam Civitas meretrix.

**P**Atet ex Græco, ad Bestiam  
 pertinere quæ de Capitibus 7.  
 & Cornibus 10. dicuntur. sic  
 enim habet: μυστηριον τὸ θεριά τὸ ἔχον-  
 τὸ τὰς ἐπτὰ κεφαλὰς καὶ τὰ δέκα  
 κέφαλα.

Sæpè diximus nomine Bestiæ in sa-  
 cris Scripturis significari Imperium,  
 non quodlibet sed Gentile. Verba illa,  
 Fuit & non est, etiam explanavimus  
 Tract. præcedente, §. 1. FUIT, cum  
 antiqua Roma ei insideret: ET NON  
 EST, quia extinctus est Gentilissimus

Fuit,  
 &  
 non est.

pro ea differentia temporis (vox est  
 Scholarum) de qua ego Angelus pro-  
 phetizo; jämque urbem Romanam præ-  
 monstro Christianam & sanctam: sed  
 ASCENSURA EST illa Bestia DE Ascen-  
 ABYSSO iterum, ET IN INTE- sura ite-  
 RITUM IBIT, postquam in eun- rum:  
 dem involverit multos qui eam adini-  
 rati fuerint indigenæ terrenis affixi,  
 QUORUM NON SUNT in- Cujus  
 SCRIPTA NOMINA IN LIBRO finis in-  
 VITÆ prædestinatorum (Eph. i. v. 6.) teritus.  
 ante mundi constitutionem,

z. Pro-

Bestia  
septi-  
ceps:

2. Prosequitur Angelus expositiō-  
nem Bestiæ, fœcundam SENSUS &  
(v.9.) SAPIENTIÆ utrimque. SE-  
PTEM enim CAPITA BESTIÆ  
duplicem habent, inquit, significatio-  
nem: quarum prima, SEPTEM  
MONTES SUPER QUOS MU-  
LIER SEDET: quod sicut de anti-  
qua Roma verum esse sic de Constan-

tinopoli, quam ei geminam describit,  
æquè sita in 7. montibus, dictum est Montes  
Tractatu præcedente, §. 3. opportu-  
nitate situs etiam majore & aptiore ad  
Imperium terræ, marium, orbis.

Altera est significatio septem Capi- Reges  
tum in Bestia: REGES SEPTEM seu Im-  
SUNT, Gentiles una cum suis Impe- peria 7.  
riis Gentilibus:

Affyrius:

Chaldaeus seu Babylonius:

Medus:

Perſa:

Græcus:

UNUS EST, dum hæc Joannes scribit:

videlicet Romanus Gentilis:

ET ALIUS NONDUM VENIT: Mahometanus. ET CUM VE-  
NERIT, OPORTET ILLUM aliquamdiu, aliquot sœculis, MANERE;  
quod experitur; donec succedat Antichristus.

3. Pergit Apocalypsis: ET BE- oœtavum Monarchiarum infidelium.  
STIA, quod ERAT Imperium infi- ET DE SEPTEM EST; quia de  
dele, ET NON EST amplius sed omnibus simul possidet, & imperat  
iterum erit, nimis Novæ infidelis omnibus: cùm sit septiceps, habeat- Et de 7.  
Romæ: ET IPSA OCTAVA que Imperia simul & aggregationem  
EST; eadem ipsa in designatione, est cunctorum septem Regnum ac  
Regnum Antichristianum quod est Regum:

Affyriæ:

Chaldææ:

Mediae:

Perſiae:

Græciae:

Ditionum olim subjectarum Romæ veteri:

Constantino-poleos.

ET IN INTERITUM VADIT  
(jam secundò hoc dicitur: v. 8. & 11.)  
cùm excidii temporalis tunc spiritualis  
& æterni. quamobrem DAMNA-

TIONEM ejus TIBI VENI *offen-*  
*dere*: quæ verba erant Angeli v. 1.  
Hæc de Bestiæ Capitibus.

Ipsa o-  
ctavum:

Pars II.

K

§. II.